

Ex concilio Triburiensi et capitularibus Karoli. Placuit nobis et fidelibus nostris, ut, sicut ab episcopis nostris et reliquis sacerdotibus ac dei servis alio anno apud Teodonis villam admoniti sumus et rogati, ut episcopi et eorum ministri et dei sacerdotes eorumque cooperatores intacti permaneant. Constituimus itaque, ut, si quis subdiaconum calumpniatus fuerit et prevaluerit, vulneraverit vel acceperit vel debilitaverit, v quadragesimas sine subditis annis canonica (*ins. penitentia*) peniteat et ccc solidos episcopo conponat. et si mortuus fuerit, iuxta id, quod canones precipiunt, peniteat et episcopo cccc solidos conponat. § Si diaconum quis calumpniatus fuerit et prevaluerit, debilitaverit, acceperit, vulneraverit, vi quadragesimas peniteat et episcopo cccc solidos conponat. Si mortuus fuerit, vi ebdo[b]madas cum annis sequentibus peniteat et dcccc solidos episcopo conponat. § Si presbiterum quis male tractaverit, comprehenderit, vulneraverit, secundum episcopi sententiam peniteat et dcccc solidos episcopo conponat. Si autem mortuus fuerit, ut synodus diiudicaverit, peniteat et Mcc solidos episcopo conponat. § Si episcopo quis insidias posuerit, comprehenderit vel in aliquo dehonestaverit, x quadragesimas cum subditis annis peniteat et presbiteri occisi tripliciter emendationem conponat.¹

7. Ein neues Caput falsum 'Ab infirmis in periculo mortis'.

Die Riccardianische Kanonensammlung² enthält Bl. 111a ein Capitel 'De infirmis in p(er)iculo mortis constituti(s), (ex) concilio Triburiensi. Ab infirmis in periculo mortis positis — secundum statuta sanctorum patrum communione viatici referantur (*scr. reficiantur*)'.

1) Daran schliesst sich in der Hs. unmittelbar ein Capitel:

'Item de eodem. Si quis martirium violaverit, id est atrium, quod omnino interdicimus, ter novem et Lx solidos exsolvat: Lx videlicet, quia terra alterius iuris est, ter novem, quia deo regi regum sacrata et dicata est. Quodsi ad ecclesiam infringendam diabolo instigante grassetur, quoniam tantum nefas peregit, Lx libras, id est mcc solidos, exsolvat, legem scilicet de martyriis et atriis duplam (?!), et diu multetur penitentia'.

Es erscheint nicht angängig, auf Grund der zweideutigen Aufschrift 'Item de eodem' dieses Stück als Triburer Extravagante in Anspruch zu nehmen.

2) S. oben S. 313 f.